ordine complebunt. Ecce septem anni
venient fertilitatis magne in vniuersa
terra egypti quos sequentur septem an
ni alij tante sterilitatis: vt obliuioni tra-
detur cuncta retro abundantia. Cõsum
ptura est enim fames omnem terram.
⁊ vbertatis magnitudinem perditura ẽ
inopie magnitudo. Quod autem vidi-
sti secundo ad eandem rẽ pertinẽs som
nium: firmitatis indicium est: eo ꝙ fi-
at sermo dei ⁊ velocius impleatur. Nũc
ergo prouideat rex virum sapientem et
industrium ⁊ preficiat eum terre egypti
qui constituat prepositos per cũctas re-
giones. ⁊ quintam partem fructuum. p
septem annos fertilitatis qui iam nunc
futuri sunt. congreget in horrea. ⁊ omne
frumentũ sub pharaonis potestate con
datur: seruetur(que) in vrbibus ⁊ prepare
tur future septem annorum fami. que
oppressura est egyptum: ⁊ nõ consume-
tur terra inopia. Placuit pharaoni cõ-
silium: ⁊ cunctis ministris eius. Locu-
tus(que) est ad eos: Num inuenire poteri-
mus talem virum qui spiritu dei plenus
sit? Dixit ergo ad ioseph: Quia osten-
dit tibi deus omnia que locutus es. nũ
quid sapientiorem ⁊ consimilem tui in-
uenire potero? Tu eris super domum
meam. ⁊ ad tui oris imperiũ cunctus po-
pulus obediet. Uno tñ regni solio pre-
cedam te. Dixit(que) rursum pharao ad io
seph: Ecce constitui te super vniuersã
terrã egypti. Tulit(que) annulũ de manu
sua ⁊ dedit eũ in manu eius. vestiuit(que)
eũ stola byssina: ⁊ collo torquẽ aureã cir
cũposuit. Fecit(que) eũ ascendere sup cur-
rum suũ secundũ clamante precone: vt
omnes corã eo genu flecterẽt ⁊ ꝑpositũ
esse scirent vniuerse terre egypti. Dixit
quo(que) rex egipti ad ioseph: Ego sũ pha
rao. Absq(ue) tuo imperio nõ mouebit quis-
q(uam) manũ aut pedẽ ĩ oĩ terra egypti. Uer
tit(que) nomẽ eius. ⁊ vocauit eũ lingua egy
ptiaca saluatorẽ mũdi. Dedit(que) illi v-
xorẽ: assenez filiã phutifaris sacerdotis
heliopoleos. Egressus est ita(que) ioseph
ad terrã egypti. Trigita annorũ erat qñ
stetit ĩ cõspectu regis pharaonis ⁊ circũ
iuit oẽs regiões egypti. Uenit(que) fertili-
tas septẽ annorũ. ⁊ in manipulos reda-
cte segetes cõgregate sunt ĩ horrea egy-
pti. Ois etiã frugũ abundãtia ĩ singul'
vrbibus cõdita ẽ. Tãta(que) fuit abũdantia
tritici. vt arene maris coequaret ⁊ copia
mẽsurã excederet. Nati(que) sũt ioseph fi-
lij duo añq(uam) veniret fames ꝙs pepit ei
assenez filia phutifaris sacerdotis helio
poleos. Uocauit(que) nomẽ primogeniti ma
nasses dicẽs: Obliuisci me fecit deus oĩm
laborũ meorum. ⁊ domus pr̃is mei. Nomẽ
quo(que) secũdi appellauit effraĩ dicẽs: Cre
scere me fecit deus ĩ terra paupertatis mee
Igit' trãsactis septẽ vbertatis ãnis q̃ fu
erãt ĩ egypto: ceperũt venire. vij. ãni ino-
pie. quos ꝑdixerat ioseph. ⁊ ĩ vniuerso
orbe fames ꝑualuit. In cũcta etiã terra
egypti fames erat. Qua esuriẽte clama
uit pp̃ls ad pharaonẽ. alimẽta petens.
Quibus ille r̃ndit: Ite ad ioseph. ⁊ quic-
qd ipse vobis dixerit. facite. Crescebat
aũt quotidie fames in oĩ terra: apuit(que)
ioseph vniuersa horrea ⁊ vẽdebat egy-
ptijs. Nã ⁊ illos oppꝛesserat fames. Oẽs
q(ue) prouĩcie veniebãt ĩ egyptũ vt emerẽt e-
scas. ⁊ malũ inopie tẽperarẽt.

XLII.

Uidiẽs autẽ iacob ꝙ alimenta
vẽderent in egipto dixit filijs
suis: Quare negligitis? Audi
ui ꝙ triticũ venũdet in egypto. Descẽ-
dite ⁊ emite nobis necessaria. vt possi-
mus viuere. ⁊ non cõsumamur inopia.
Descẽdentes igitur fratres ioseph de-
cem. vt emerẽt frumenta in egypto. ben
iamin domi retento a iacob qui dixerat
fratribus eius: ne forte ĩ itinere quic(quam) pa
tiatur mali: ingressi sunt terram egypti
cum alijs qui pergebant ad emẽdum.
Erat aũt fames ĩ terra chanaã. ⁊ ioseph

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0041
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG